

[Clarissimo Jureconsulto Johanni Mentzer Wra-  
tislaviensi, Amico longe. Charissimo.]

Viro et integro et erudito Johanni Hesso  
Bononia.

Salutem. Patri tuas literas reddidi, qui me summa cum hu-  
manitate excepit, atq; ita factum est, ut et ipsi et tibi quanti-  
plurimum debeam. Colleam nostram ne conveni, qui et  
ipse laetissimo convivio me excepit. Rōi Birckamerum,  
cujus gravitas mihi adeo placet, ut nihil supra. Contraxi  
amicitiam cum doctore Michaelē Mareschallio. Quid  
multa? Haec mihi omnia ex sententia successerunt. Sed  
aliquos Nūrenbergenses ad partes Ecclesiarum aliquantū pro-  
pensionem esse, magnopere doleo. Utinam eis omnibus iudici-  
um Wilibalestinum contigeret. Tu bene vale cum nostris  
omnibus. Norimbergae Anno M. D. XLIX. quinto calend.  
Septemb.

Tuas J. G. Pflug.

Reverendissimo Patri Martino Luthero, Augustiniano  
Litterarum Professori cum docto, tum  
sancto, Amico nro antiquissimo.

P. P. D. Dno Martino Venerando iteniq; mihi charissimo, formam  
in te amorem meum custodiunt, quod summa familiaritate.  
Erfordia bonis artibus simul operam dedimus aetate juvenili, quod  
tempus inter similes mores artibus: fundamenta amicitiae collo-  
cat. Deinde quod te habemus tam egregium defensorem recte  
pietatis, quam tantum protegis clypeo scriptura, quantum  
conantur alii spe lucri subvertere; quid fit, ut qui tam longe  
abim, saepius tecum colloquar, jurgam dextram, de te somniam,

quam tu, quos prope habes, in quo te Hesperum nostram testem  
 facio, utraque nostram apud te legatione fungentem. Movet in re  
 Martine, movet controversia, quam tibi concitaverunt cum multis  
 aliis, in caput tuum conspirantes Dominiciste. Et nisi contingere  
 divinitus huic corrupto seculo, ut te Magistrum doctrinae Christianae  
 fueretur coelestis dextra, iam a nobis esse declamatus, tantus ille  
 feror est, qui doctrinam suam quam Xpisti malint probari.  
 Tanta Romana avaritia, ut mille veneni modos ac proditorum  
 inveniat, ubi quid lucro officit, iam in Germania adhuc esse  
 nondum eruditum erat vestram illud panicum bellum. Anno  
 post Jacobo Fuchsio tuae item singularis patrono, dum Petrus  
 Lincina visitaretur voto, primum nuncium ceptorum arma  
 rum attulit. Primum autem, quod in manus nostras, ex eo libello  
 vario certamine pervenit. Ecce dialogus Sylvestri Theologo  
 acuti, somathis salibz, feliciter utentis, ita ut ferreas tuas  
 nasos commoveat. In partes Pontificias defendendi sua sponte  
 influit veritas. Post illud acumen mittit nobis Andreas Trippe  
 Decanus Gopenbergensis suum commentarium in disputatas  
 conclusiones. Deinde disputationem Augustensem, quae omnia  
 a nobis selecta avidè, multorumq; doctorum hominum manibus  
 contrita; Romanis legationis, quo saltem de te per malos homi-  
 nes divulgatae famam supprimeremus. Opertebat ista secreto  
 fieri, ut venirent in manus legentium sine nomine, mitterentur  
 ne quid mali capitibus nostris auerere per imprudentiam in  
 locis, quibus formidabile est imperium sacerdotum: Nam  
 loca haereticorum habentur, qui Roma tuos libellos probant  
 et qui important, capitati periculo important, impatiens enim  
 enim Romae superbia, semper formidulosa, ne quid veritas  
 veniat eorum, quae per tyrannidem occupantur. Significat dispu-  
 tatione tua, qui volebant inter Theologos prudentius iudicia  
 differere

differere  
 Pontif  
 tale ex  
 quam  
 gionem  
 non e  
 vester  
 logi r  
 sic s  
 Pontif  
 sua co  
 Catholi  
 insig  
 perm  
 sese ep  
 Roma  
 posse  
 centun  
 vicari  
 enim  
 lecti, q  
 Quid ig  
 laere  
 cipes e  
 vim a  
 gerrig  
 henden  
 minici  
 populy  
 omnia  
 inquirere

Discrebant corde corde seum esse ore dissentire; non tam quod  
 Pontificis iram formidarent, quam quod illius diminuta auctori-  
 tate status Christiana rei publice perturbaretur, qua sententia  
 quam proba sit ipsi viderint. Ego sic existimo Christianam reli-  
 gionem non egere furo, ac qui aliter ore quam corde sentit, eum  
 non esse Xpisti discipulum, cuius doctrina praecipit, sit sermo  
 vester Est est, Non non, quin sententia si egi, steterint Theo-  
 logi recentiores, idemque disputarent ac in Aristotelicis decretis  
 sui aenei muri, non ei ventum esset, ut cogeremur plus obedire  
 Pontificis voluntati quam Xpisti praeceptis, neque tamen in Roma  
 sua controversia tantam gravare, illis adeo multasset fidem  
 Catholicam in auctoritate, neque in aliam formam, formam sui  
 ipsius, qui cum sit homo divinos honores sibi ab assentatoribus  
 permittit impendi. Contempta eius forma, qui deus cum esset,  
 sese exinanivit accepta forma communis vix servi. Vox est  
 Roma etiam eorum, qui sapere videntur, illud non esse non  
 posse Christianissimum: quod Pontifici illi visum fuerit, in eo si  
 centum Paulos, si totam scripturam objicias, cum sit ille Christi  
 vicarius, duem hunc firmissimum sanctum quo regatur, versantur  
 enim in communi usum loci quidam ex scriptura mali intel-  
 lecti, quibus ora contradicendum est vestigio obscurare conantur.  
 Quid igitur faciat disputatio tua, quem fructum nobis afferent  
 haec libera amissa auctoritate? Nempe nullum, nisi Prin-  
 cipes et Episcopi sanctius durent verba dei defendere, quam  
 vim auri effundere pro tot palliis, indulgentiis, bullis, nugis,  
 gergis, quo S. Patres sua scorta et cyperos alunt. Repre-  
 hendenti mihi quandoque coram quodam Magistro nostro do-  
 minicista immodicam licentiam Romanam, qua Christiani  
 populi premeretur et mores polluerentur. Respondit ille fieri  
 omnia illa divina providentia et de dei voluntate non esse  
 inquirendam. Cui ego si crimina libet defendere divina

providentia multo sanctius licet eadem proficere auctori-  
 tate scripturae, gladio spiritus, quod est verbum dei, quandoquidem  
 voluntas dei non aliunde cognoscitur quam ex testimoniis scri-  
 pturae, progressa ex ore altissimi, hoc est dicitur Martine, ut in-  
 telligas quam parum valeat sonus, et dixeris mirabilia testi-  
 monia tua domine, ideo scrutata est anima mea. Eo enim  
 impietatis progressum est, ut qui vocetur bonus Christianus  
 vel Theologus, is extremo contempti spectus esse videatur  
 qui verò salutatur è cubiculo vel à mensa Pontificis, idem  
 habetur gallinae filius alba. ut Pontifex in dignitate primus  
 teneat locum, Christus postremum, nihil fingitur hic  
 cum progreditur Rex sacrificulorum, tot Cardinales, tot pro-  
 notarij, tot Episcopi, tot praesbiteri, tot legati, tot causidici  
 circa ipsum glomerantur quot famelicæ aves ad petridæ  
 cadavera conflant, sequitur Christus Eucharistia in ex-  
 tremo cohorte quam impudicæ mulieris et prostituti pe-  
 eri constituunt. Fui nuper Romæ cum Hæssæ nostris, vidisse  
 veterum monumenta, vide carhedram pestilentie, vidisse  
 vivat, vidisse piget, invaserint ibi me quidem de indul-  
 gentiis et Pontificis potestate, acuti ut sibi videbantur. Quis  
 ego de iis aut possem aut velim disputare presentim Romæ  
 faciendo me turbari, nisi quod aliquando per Joannem respon-  
 di, quod solus Dominus ad inferos ducit et reducit, euidem  
 verboso ferenti remissionem peccatorum à deo Patre in  
 manus Pontificis, propterea quod Christus Petrus dicat, quod  
 quid solveris super terram. Non ergo victor es Martine  
 quamvis armatus presidio scripturae, gladio spiritus Sancti  
 jugulum adversarii petieris peres Romanam sedem, non pe-  
 nitentia habet iudicium de victoria; hæc enim ab illa, solummodo  
 tuo teste auctoritatem sortitur. Sed ab hac difficultate non  
 vum te servat provocatio tua ad tribunal generalis  
 concilij

concilii, adeo ex omni parte munita presidio viri di- de Ho 1519.  
 vini et humani ut ab adversariis, quam laudem meretur.  
 De miram quantum bilem concilet Florentina factioni timi-  
 da, ne sublato jure in animas defunctorum postea simili  
 disputatione detrahantur pallia, reservationes, bullae, privi-  
 legia, latissime patens jurisdictionis. Ceteris, quibus nomen  
 imposuerunt libertate Ecclesiastica retia contrahenda, pe-  
 nid miserorum. Pecca erit Germania, donec manebit in  
 suo errore, et donec studiosi publice non clamant, non  
 scribunt contra noxios mores, quos nobis Roma mittit, cu-  
 demque plebeculam admonent Romano fraudis, quod hactenus  
 toties foliati, sub praetextu pietatis, pro palliis, pro con-  
 firmationibus, pro Turca debellando, nunc ad majus in-  
 commodum, cardinales in mediam Germaniam accipiunt.  
 Nam quid hoc novitas Florentinorum parturial, brevi  
 judicabit eventus, Ego te Martine saepe, cum de te sermo  
 oritur, patrem patria solem appellare, dignum aenea  
 statua et festis quobannis, qui primus ausus est vindicare  
 populum Domini a noxiis opinionibus et rectam pietatem  
 afferere. Perge, ut coepisti, relinque exemplum posteris. Nam  
 ista facis non sine numine divo. Ad hoc respexit divina  
 providentia cum te redeuntem a Parentibus caeleste ful-  
 men veluti alterum Paulum ante oppidum Eufurdianum  
 in terram prostravit, atque intra Augustiniana septa  
 compulsi est nostro consortio fructibus. Quo discessu post hoc  
 tempus et si rara fuerit familiaritas nostra, animus  
 tamen meus semper tuus mansit, ut potuisses animadver-  
 tere, ex epistola, quam superiore anno ad te misi Augo-  
 ristam, si fuisset redita, quo tempore te sumo studio

commendavi Thomae Fuchsio equiti auctoritate apud Caesarem  
 Spectato, fatigatus quidem es hactenus et corpore et famula,  
 multa perpeffus, sed ardua sine gravi labore non perfici-  
 untur, ubi finis erit, malorum meminisse, juvabit et diem  
 transivi per aquam et ignem, ut saluus factus sum. Tum in  
 te multum factum convertet Germania, tunc verbum Dei  
 abs te cum admiratione audiat. Sed per tuam mansuetu-  
 dinem te rogo, ne post descendas in arenas disputationis  
 publicae, praesertim contra temerarios. Nescisne, quod prius  
 aiant contra verbosum noli contendere verbis, disputa in  
 tuum monasterium calano quiete, exactissime habetur  
 disputatio, quo chartis mandatur, quia verbis citro, fertur  
 caret iudicio et sepe animam disputantis a vero perturbat  
 ne interim diem turpe esse Theologo ad iurgia descendere  
 ut primum constat at nobis dies contentione displicuit  
 silium. Novit enim Bononia mores Eckianos, novit et  
 enna, bene tamen cessit pro nobis, testibus exptis Langis et  
 Melanctonis. Vale et me amica, ego te amare non desine  
 honorem tuum, quantum ejus fieri potest, hic habeo  
 ignosce extemporalitati, malim teum verbosum et sine ver-  
 ba scribere, quam accurate brevem contexere epistolam  
 Vix licuit revidere. Bononia XVI. kal. Novembris  
 M. D. XIX.

Crotus Rubianus.

Spau  
a,  
Kiz  
riq.  
in  
Be  
let  
riq  
p  
in  
et  
L  
abat  
c  
c  
et  
rij  
e  
e  
lebo  
e  
Sol  
rij

*[Faint, illegible handwriting in cursive script, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*







V  
 S. D.  
 suis  
 suis  
 liter  
 pro  
 tri  
 erit  
 diem  
 nos  
 M.  
 Ne  
 faci  
 inop  
 duo  
 S. P.  
 per  
 peri  
 min  
 Nih  
 pra  
 simp  
 dere  
 cis, a